

2. Decline throughout *ipsa, domus, pondus*; compare *veteres, crudele, acer*; and give present indicative, perfect indicative, supine, and present infinitive of *reterit, suadet, commota, corripunt*.

3. Explain clearly the cases of *modis, scelus, viae, quibus*.

4. Translate—

O socii, qua prima, inquit, fortuna salutis  
Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur.  
Mutemus clypeos, Danaûmque insignia nobis  
Aptemus: Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?  
Arma dabunt ipsi. Sic fatus, deinde comantem

Androgei galeam, clypeique insigne decorum  
Induitur; laterique Argivum accommodat ensem.  
Hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas, omnisque juvenus  
Laeta facit: spoliis se quisque recentibus armat.

5. Scan the first two lines of each passage for translation.

#### Caesar—De Bello Gallico, I and II.

1. Translate—

Dum haec in colloquio geruntur, Caesari nuntiatum est equites Ariovisti propius tumulum accedere, et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros conjicere. Caesar loquendi finem facit, seque ad suos recepit, suisque imperavit, ne quod omnino telum in hostes rejicerent. Nam etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat, tamen committendum non putabat, ut, pulsus hostibus, dici posset eos ab se per fidem in colloquio circumventos. Posteaquam in vulgus militum elatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus omni Gallia Romanos interdixisset, impetumque in nostros ejus equites fecissent, eaque res colloquium ut diremisset, multo major alacritas studiumque pugnandi majus exercitui injectum est.

2. Decline *colloquio, tela, vulgus, finem, impetum, majus*.

3. Parse, giving rules, *Caesari, accedere, lapides, rejicerent, arrogantia, interdixisset*.

4. Translate—

Celeriter, ut ante Caesar imperârat, ignibus significatione facta, ex proximis castellis eo concursus est, pugnatumque ab hostibus ita acriter, ut a viris fortibus in extrema spe salutis, iniquo loco, contra eos qui ex vallo turribusque tela jacerent, pugnari debuit, quum in una virtute omnis spes salutis consisteret. Occisis ad hominum millibus quatuor, reliqui in oppidum rejecti sunt. Postridie ejus diei refractis portis, quum jam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi universam Caesar vendidit.

5. Explain the construction of the phrase *occisis ad hominum millibus quatuor*.

#### Cicero—Orationes in Catilinam, I. and II.

1. Translate—

Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam prope justam patriae querimoniam detester ac deprecer, percipite, quaeso, diligenter, quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim, si necum patria, quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica sic loquatur: M. Tulli, quid agis? Tunc eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, evocatore servorum et civium perditorum, exire pati, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur?—nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?

2. Compare *multo, summo, carior*, also *citerior, dubius, pius, magnificus, ocior, magis*.

3. Explain moods and cases respectively of the following: *detester, expectari, esse videatur; animis, hostem, supplicio*.

4. Translate—

Ex hac enim parte pudor pugnât, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitude: hinc continentia, illinc libido: denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus: postremo copiae cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione configit.

5. What kind of adjectives are followed by a genitive? What by an ablative? Give examples.

#### Sallust—Catiline.

1. Translate—

Ea quum Ciceroni nuntiarentur, ancipiti malo permotus, quod neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus aut quo consilio foret satis compertum habebat, rem ad senatum refert, jam antea vulgi rumoribus exagitata. Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, ne quid res publica detrimenti caperet. Ea potestas per senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis socios atque cives, domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere; aliter sine populi jussu nulli earum rerum consuli jus est.

2. Why *exagitata*, and not simply *agitata*?

3. In what cases are the following words, and why are those cases, severally employed: *Ciceroni, Manlii, rumoribus, detrimenti, domi, jussu, earum rerum*?

4. Translate—

Dum ea Romae geruntur, Catilina ex omni copia, quam et ipse adduxerat et Manlius habuerat, duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet, deinde, ut quisque voluntarius aut ex sociis in castra venerat, aequaliter distribuerat, ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat, quum initio non amplius duobus milibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii praecutatas sudas portabant.

5. Describe a *sparus*, a *lancea*, a *gladius*, a *pilum*, and a *hasta*.